Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



2

Liber de Semine Scripturarum.

169a–198b

Rubrica sonat: "Libellus de Semine Scriptu-
rarum semen cecidit in terram et ortum
fecit fructum centuplum!" Author mihi
adhuc ignotus totus est in eo, ut ostendat,
litteris alphabeti latini summa S. Scriptu-
ra contineri mysteria, prophetias &c. Ad
dignoscendam authoris cabalisticam metho-
dum nonnulla adduxisse juvabit. In ipso
mox operis limine cuivis litterae occultam
subdit notionem, cui stabiliendae totius
opusculi negotium gravi conatu insistit.
Incipit: "Assumet Benignus Carnem Domi-
nus Emanuel Feret Gratiam Homo Jesus
Kalendarum Lux Mediator Nascitur Orbi
Pacem Quaerite Rursum Secundo Terribi-
lis Veniet Xpc /: Christus :/ Yschiros Ze-
lotes." Tum prosequitur: "Horum verbo-
rum capita alphabetum latinorum expri-
munt Denique lingwe latine caput Romam
esse novimus sicut jerosolima caput hebree
lingwe. Tres autem principales que in omni
terra eminent cruci domini intytulate
sunt. 2 /: i : e :: / hebrea greca et latina. Vigin-
ti duas litteras hebrey greci XXiiij latini
XX et unam habent Nam duas extremas
id est Y et Z latini ex grecis habent! &c.
In his, et aliis pluribus magna latere arca-
na autumat, et ne nobis somniare vide-
atur, gravi supercilio primum caput in
hunc modum inchoat: "Jam ad narran-
di ordinem veniamus. Omnis prophecia
ne de memoria deleatur sentenciis scriptu-
rarum libris commendata est. Et unde sen-
tencie nisi ex commate verborum Unde ver-
ba nisi ex sillabis Unde sillabe nisi ex lit-
teris Littere igitur radices sunt et semen